



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1176. Usque Ad Annum 1203

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1763**

**VD18 90118022**

§. 42. Hubertus Archiepiscopus Cantuariensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66394](#)

t, us  
sensis,

Illud

lud e-

nocet,

te ne

nania

sa mi-

gatio-

m na-

adeo

ut A-

Tempo

Forum

. Et

negli-

, cum

is ti-

Deus

a Re-

non

Frome

Dices,

rpora

affir-

rum,

deti-

m in

inum

tuum

KLII.

## §. XLII.

Sæcul. XII.  
A C. 1193.*Hubertus Archiepiscopus Cantua-  
riensis.*

Inter hæc Richardus Rex, cum sciret, *Gervas.*  
 Sedem Cantuariensem adhuc vacare, *p. 1582.*  
 nec amplius speraret, Archiepiscopum  
 urbis Montisregalis in eam transferri  
 posse, Matri suæ Reginæ ex carcere scri-  
 psit in hunc modum: *Ubi literæ istæ ti-  
 bi fuerint redditæ, Justitiæ Præfectos  
 nostros, Episcopum Londinensem, cete-  
 rosque Ecclesiæ Cantuariensis Suffraga-  
 neos convoca; quibuscum tu ipsa sine  
 mora Cantuariam ad Priorem monachos-  
 que te conferes, atque efficies, ut Huber-  
 tus Episcopus Saresberiensis, nisi forte  
 id jam peractum sit, Archiepiscopus Can-  
 tuariensis eligatur.* *Per suasum enim*  
*mibi babeo, hujus viri sacerdotium, Deo*  
*gratum, ad stabiliendam Regni pacem,*  
*& liberationem meam accelerandam fo-*  
*re utilissimum.* Ut his literis obsequen-  
 tientur, Regina & Archiepiscopus Ro-  
 tomagensis, missis nunciis Monachos  
 Cantuarienses Londini die Dominica  
 Mensis Maji trigesima ad eligendum Ar- *Radulf.*  
 chiepiscopum præsto esse jusserunt. *Id p. 669.*  
 que omnes quidem executi sunt; sed  
 Monachi, ut juri suo, quod de eligendo  
 Archiepiscopo sibi solis competere di-  
 cebant,

U 5

**Sæcul. XII.** cebant, consulerent, Sabbato Hubertum  
A.C. 1193. elegerunt, cui sequente Dominica etiam  
**Gerv. p. 1679** Episcopi suffragati sunt. Hubertus, co-  
**Goduin. de** gnomento Walterus, olim Decanus E-  
**præf. p. 118.** boracensis, deinde, anno millesimo cen-  
tesimo octogesimo nono, Balduino Ar-  
chiepiscopo Cantuariensi, a quo unice  
amabatur, eum potissimum commen-  
dante, Episcopus Saresberiensis electus,  
ubi Sedem Cantuariensem concendit,  
missis Romam Legatis Pallium petiit, at-  
que ut monachis Cantuariensibus ma-  
gis placeret, quo esset magis familia-  
ris, Habitum eorum Regularem in-  
duit.

### §. XLIII.

*Philippus Rex Ingeburgem dicit & dimitit.*

**Rigord. p. 29** **C**um Philippus Augustus Rex Franciæ,  
**p. 36. 37.** amissa prima conjugie Isabella Han-  
noviæ, decima quinta die Martii anno  
millesimo centesimo nonagesimo defun-  
cta, ex qua filium nomine Ludovicum  
suscepereat, viduus esset, secundas nu-  
ptias cogitans, Stephano Episcopo No-  
viomensi in Daniam ad Canutum III.  
Regem misso, ejus sororem Ingeburgem  
sibi sponsam expetiit. Consensit lubenti  
animo Rex, ac Petrum Episcopum Ro-  
schildensem addito comitatu, Regia  
Principe digno, eam in Franciam dedu-  
cere